

PARS II.

DE

FORMVLIS IN SPECIE.

SECTIO I

DE

SPECIEBVS MEDICA-
MENTORVM INTER-
NORVM.

§. 287.

Omnia medicamenta vel ori ingesta de
glutuntur, vel non, sed extrinsecus
applicuntur. Illa Medicis audiunt
interna, haec *externa*. Omnia ergo medi-
camenta sunt vel interna, vel externa. Atque
haec summa medicamentorum est diuisio.

Medica-
menta
omnia
sunt vel
externa,
vel in-
terna.

§. 288.

Quod medicamenta interna, de quibus
hic agendum est, attinet, illa sunt vel fluida,
vel non fluida. Non fluida iterum sunt vel
sicca, siue solida, vel mollia.

Interna
medica-
menta
sunt vel
fluida,
vel non.

§. 289.

Interna medicamenta sicca constant ex
partibus vel cohaerentibus et cohaesione sua
totum integrum constituentibus, vel non.
Si posterius, hoc est, si medicamentum in-
ternum siccum constat ex partibus inter se nec
cohaerentibus, nec totum integrum consti-
tuentibus, audit *puluis*, et praecipue *internus*.

De pilu-
lis, tro-
chiscis,
rotulis,
morsu-
lis.

Si

Si prius, hoc est, si medicamentum internum constat ex partibus inter se cohaerentibus et totum integrum constituentibus, certum exinde oritur totum, certa figura praeditum. Pro varietate figurae huius totius varias medicamentum nanciscitur denominationes. Sic *pilularum* nomine venit, si figura huius totius est sphaerica, *trochiscus* appellatur, si eius figura est circularis vtrinque plana ex vna facie signo, vt stella, designata, *rotula*, si eadem est circularis et plano-conve-xa, et *morsulus*, si figura est oblonga qua-drata.

§. 290.

Morsuli vocantur quoque *tabulae*, *tessel-lae*, *tessellulae*, *electuaria solida*. *Rotulae* vero appellantur etiam *orbiculi*, *orbiculae*.

§. 291.

De ecle-
gmate,
electua-
rio et
bolo.

Medicamenta interna mollia, pro diuerso eorundem mollitiei gradu, in diuersas abeunt species. Sic medicamentum internum molle dicitur *eclegma*, *linctus*, *looch*, si tantae est mollitiei, quantae syrupus, et eius instar lente diffluit; *electuarium*, si minorem, quam eclegma, habet mollitiem, et *bolus*, si electuario ratione mollitiei cedit, et buccellae quantitate definitur.

§. 292.

§. 292.

Interna medicamenta fluida vel constant De deco-
ex vnico fluido, vel ex commixtione plu- etis et in-
rium diuersorum. Si prius, hoc est, si me- fusis.
dicamentum fluidum internum constat ex
vnico fluido, vel simul solidum adsumitur, vel
non. Si simul solidum assumitur, et fluidum
ex ipso nobiliores et solubiles extrahit partes,
aliis insolubilibus relictis, nominatur *decoctum*,
si hoc fit ope ebullitionis, et *infusum*, si
fit sine ebullitione, ope tantum macerationis.
Vnde patet, *infusum* esse medicamentum in-
ternum fluidum, ex menstruo liquore, mate-
riae solidae soluendae parte aliqua ope ma-
cerationis citra ebullitionem imbuto, constans;
decoctum vero itidem esse medicamentum in-
ternum fluidum, simile infuso, sed menstruo
liquore cum materia solida soluenda ad ignem
ebulliente paratum.

§. 293.

Internum medicamentum fluidum, ex De mix-
commixtione plurium diuersorum constans, tura dif-
vocatur generali nomine *mixtura*, in specie fusissi-
1) est *diffusissima*, et *iulepus* audit, si est di- ma, me-
lutissima, fere diaphana, ex sapore, odore, dia, con-
colore, iucundioribus conflata, et potum sua- centrata,
uem exhibet pluribus dosibus destinatum; po- et iule-
2) *media*, quae proprie mixtura vocatur, iu-
lapiis spissior, minore mole efficax, quacun-
que dote, iniucundiora etiam admittens, vna
vel pluribus dosibus, haud tamen per guttas
(*Pars II. de form. in specie.*) K deter-

determinatis, constans; *concentrata*, seu *gut-tae*, quae minore, quam prior, mole efficax, ex spirituosiss tantum et eiusmodi liquidis, quorum virtus sub exiguo volumine later, conflata est, et dosin per guttas determinatam saltem admittit.

§. 294.

De tin-
ctura, es-
sentia,
elixirio.

Si medicamentum fluidum, quod, cum solido coniunctum, eius partes nobiliores vel ex parte, vel ex toto extrahit, habet colorem diaphanum, dicitur *tinctura*; *essentia*, si color eius minus est diaphanus, et consistentia maior, quam tincturae; et *elixir*, si magis obscurum habet colorem, maioremque consistentiam, quam essentia.

§. 295.

Scho-
lion.

Neque Medici, neque pharmacopoei accurate obseruant differentiam, quae est inter *tincturam*, *essentiam* et *elixir*, sed appellationem saepe variant. Secundum accuratam autem distinctionem modo iam dicto §. 294. sunt distinguendae, ita, vt illa menstrua, quae colorem habent diaphanum, siue sit ruber, siue flauus, siue viridis, siue coeruleus, *tin-cturae*, ea contra, quae minus pellucidum colorem, et magis saturatam, quam tincturae, habent consistentiam, *essentiae*, et ea, quae magis obscuro colore et maiore his consis-tentia praedita sint, *elixiria* appellentur. Vi-deatur hac de re Excellentissimus IYNCKE-RVS in *Conspectu Formularum* p. 52. celeberrimus.

rimus NEVMANNVS in *Praelectionibus chemicis* a D. D. ZIMMERMANNO editis *P.I. cap. X.* et doctissimus BALTHASAR, in libro *de dosibus medicamentorum* §. 376. qui omnes mecum consentiunt. Qua de re, si quod liquidum tincturae, essentiae et elixirii nomine insignitur, nec tamen modo dictos characteres habet, non proprie et legitime nomen suum gerit.

§. 296.

Species mixturae mediae est *potio*, per quam intelligitur medicamentum internum fluidum, in quo vel solida puluerulenta, vel mollia solubilia, vel fluida concentratae virtutis, tanquam in apto vehiculo, inclusa sunt. *Potiones* differunt a *iulepis*, quod hi consistentiae sint tenuioris, dilutioris et fere diaphanae, illae vero turbidiores et spissiores. Si medicamentum internum liquidum, mediante aqua ex feminibus lactescentibus paratum, et consistentia et colore utcumque lacti est simile, dicitur *emulsio*.

